

lebender Geschlechtsname. Ferner an Engelpaffion (Flur zu Königseggwald), im Urbar von 1576 aber Engelbattsauw d. i. Engelbaldsau oder Engelbertsau; an die Brücke Zuckerbruck (Markung Ertingen) a. 1420 des Huggers Bruck; Die Familie Hugger lebt noch in der Umgegend; an die Flur Farrenfohn bei Aulendorf, noch im 17. Jhdt. Pfarrers Saum; an Eifenwirths Lache, Mark. Ertingen, a. 1420 Yfenberts lache u. dgl. m. Ist die Umdeutung fertig, so richtet sich das Genus nach dieser. So ist z. B. aus dem alten Bachnamen die Lune (OA. Ulm) „die“ Lontel geworden, obgleich das eigentlich nur ein verkürztes „das“ Lone-tal ist. Ein echtes wende (die Wende), Ort, wo man umkehren muß, ist enthalten in den O.N. Wafferwendi (a. 1374) Geschichtsfrd. XXXVII S. 307; in Schiltwendi (a. 1373), Thal bei Neustadt in der Baar) Fürstenberg. Urkb. II S. 298. Letzteres dürfte ein blindendiges Thal sein, wo einst der mit Schild und Speer umgehende Markenuntergang den Schild wieder wenden, umkehren mußte. Eine Nottwende siehe bei Altglan Maurer, Gesch. der deutsch. Dorfverf. II S. 426. Ein Ort bei der Steinwinden beim Kl. Thennenbach (a. 1336), Mone XIII S. 207. Hier ist natürlich die Winde, Vorrichtung zum Heben der Steine gemeint. 17. Beniswald vom ober-schw. Personennamen Beni d. i. Benedictus. 18. Braunburgerwäldle. 19. Wiefach. Ein Kollektiv von Wiese. Vgl. die Pillerer wismäder oder wifach Zingerle, tirol. Weist. II S. 228. 20. Der Plochinger. Man muß sich hinzudenken „Wald“. Ähnlich der Bernhauser bei Saulgau, der Schönthaler Rev. Kleinaispach. Diese Art von Forstortnamen kommt auch in Bayern vor. So z. B. der Schindelhauser, der Schneider, der Rosftetter Apian a. a. O. S. 156. S. 31 und 353.

Ehingen a. D.

Buck.

Ein Gedicht auf Mengen vom Jahre 1565.

Mitgeteilt von Rechtsanwalt Grimm in Saulgau.

Wie G. Boffert in den Vierteljahrsheften 1884 S. 262 gezeigt hat, war die Stadt Mengen im 16. Jahrhundert nahe daran Universitätsstadt zu werden. Sie ist dies aber auch thatächlich, in gewissem Sinne wenigstens, gewesen. Wenn nämlich zu Freiburg i./B., was im 16. Jahrhundert öfters der Fall war, die Pest ausbrach, ließ die dortige Universität Lehrer und Schüler auseinander gehen wohin sie wollten; es kam aber auch vor, daß die Universität mit einem Teil ihrer Angehörigen in eine andere von der Ansteckung frei gebliebene Stadt zog, wofelbst dann Schüler aufgenommen und Unterricht erteilt wurde. Solche Zufluchtsorte waren für die Universität Freiburg Villingen, Rheinfelden, Radolfzell, Constanz und Mengen. Da die Pest gewöhnlich während der Hundstage anfang und bis in den März oder April des folgenden Jahres dauerte, so mußten die Pestflüchtigen neun bis zehn Monate fern von Freiburg zubringen. Mengen wurde zweimal von einem Teil der Universitätsangehörigen als Zufluchtsort gewählt, einmal im Jahre 1541, sodann 1564. (Vergl. Schreiber, Geschichte der Universität Freiburg, 2. Teil S. 143 ff. und passim.)

In einem im städtischen Archive in Saulgau befindlichen Notizbuch des 1793 Pfarrer von Mengen gewordenen Exjesuiten zum Tobel ist, von dessen Hand geschrieben, folgendes Gedicht auf Mengen, von einem solchen Pestflüchtigen des Jahres 1564 verfaßt, zu lesen. Die gegenwärtiger Einföndung zu Grunde liegende Quelle läßt freilich manches zu wünschen übrig teils in Beziehung auf das Metrum, teils in Beziehung auf den Sinn (vergl. z. B. V. 215). Mit Rücksicht auf das kulturhistorische

Interesse, welches das Gedicht bietet, glaubte Einfender trotz dieser Mängel daselbe veröffentlichen zu sollen.

- Inter constantes vir constantissime salve!
 Salve pars cordis delictumque mei!
 Mittit ab indomitis idem sua scripta Suevis
 Wernerus mentis maxima cura meae.
5. Cum Geticas olim Naso depulsus ad oras
 Viveret horrendo tristis in exilio
 Saepius in lacrimas uxorem flexit amatam
 Si quae de Getico littore scripta daret.
 Romanos tristis commovit epistola cives,
10. Cum quibus in patria laetior ante fuit.
 Scripsit ut insolitas gentes insuetaque regna
 Viderit, immanes pulsus ad usque Getas.
 Nec mihi dissimilis fortuna volavit in aedes,
 Trudor in exilium qui modo tutus eram.
15. Laeferat Augustum per turpia carmina Naso,
 Punivit turpis turpia scripta dies.
 Sed me longinquas non Caesar abegit in oras
 Nec dedit hoc damnum Caesaris ira mihi.
 Saevities pestis coepit vastare Friburgum
20. Ecce quod exilii maxima causa mei.
 Prima per Hereynios horrenda caecumina
 Sat pedibus lassus me via dura tulit.
 Cernebam tumulis allata cadavera passim
 Nec finis miseris luctibus ullus erat.
25. Nubila perpetuo montes silvasque tenebant
 Et fuit in multis candida nulla dies.
 Sive gravem somno reddebant nubila noctem
 Sive mihi curae somnia nulla darent:
 Semper crudeles fingebant pectore fomnos
30. Ante meos oculos funera semper erant,
 Nunc erat ante oculos tristissima mortis imago
 Nunc, quod terrebat, funera matris erant,
 Nunc mihi te raptum crudeli peste putabam
 Thoma¹⁾, perpetuus qui mihi fautor eras.
35. Saepius, o patriae dulcissima gaudia, dixi:
 (Si possem tantum morte videre prius)
 Si vos gustarem vel semel ante obitum;
 Sic mihi cum multae versantur vespere curae
 Aera purgatum Suevica terra dabat.
40. Tandem Danubium post multa pericula vidi,
 Tunc mihi paulatim cura levata fuit.
 Urbs antiqua latet Suevorum in finibus orae
 Ingens cui populi nomina turba dedit:
45. Hanc dicunt Suevi germano nomine Mengam
 Hanc circum Ablachus²⁾ Danubiusque fluit.
 Felix Naso fuit qui quamvis viveret exul
 Attamen in duris pauca pericula Getis,
 Mittor in exilium pauperrimus inter egentes,
 Exulis hospitium rustica³⁾ Mengen fuit.
50. Qui modo Friburgi dulcissima vina bibebam
 Mengae cum vaccis anseribusque bibo;
 Hospes agrestis erat rapis pro carnibus utens
 Suetus festivo carne carere die.
 O quoties dolui voluique redire Friburgum,
 55. Si praestet nobis hydria nigra sitim.
 Nulla per oppidulum nisi perdita vina bi-
 buntur,
 Maxima pars undam, minima vina sapit
 Et mittit forsitan fallax Alfatia vinum
 Saepius at vini mittitur unda loco.
60. Infelix Suevus nummis exsolvit idipsum
 Quod passim gratis passer et anser habet.
 Annon Danubius liquidis uberimus undis
 Omnibus immensam rite ministrat aquam?
 Scilicet ut falsas Alfatia callida mentes
65. Sic Suevus multum simplicitatis habet.
 Mengigenas simplex et stulta superbia vexat,
 Pileolos virides virgo puerque gerit
 Pileoli ligulam qui non cinxisse rubenti
 Cernitur, is nulli se placuisse putat.
70. Si sit festa dies, est lintea vestis in usu
 Si consul fuerit, lanea vestis erit.
 Femina si reliquas forsitan velit ante videri
 Est brevis et vadit ad usque genu.
 At fortasse volunt tunicis brevioribus uti
75. Ne forte inferius se maculare queant.
 Scilicet oppidulum supra est infraque lutosum
 Vicinus nemo non ocreatus adit.
 Si quis abit mediam sed non ocreatus in
 urbem
 Mergitur et damno luditur ipse suo.
80. Urbem murus habet sed ferme corrui ille,
 Porta secabilibus clauditur asseribus.
 Invenies nullam bene quamvis omnia lustris
 Quae non ex ligno sit fabricata domus,
 Nulla domus lapis est, putridum sunt omnia
 lignum
85. Ut potuit simplex aedificare faber.
 Unica prae reliquis lapides ex parte priori
 Ostendit, multae dicitur artis opus.
 Nec tamen illa domus ut prima fronte po-
 lita est
 Cuncta nigro squalet, commaculata fumo,
90. Mirantur cives, jactant lapidesque domum-
 que
 Saxea⁴⁾ pro reliquis dicitur illa domus.
 Quae jam sunt reliquae depressi culminis
 aedes
 Vix stant; si non sunt fulta, ruina premit.
 Mirabar primum, tenebroso cubilia cernens
 95. Quae debent media luce carere die.

¹⁾ Magister Thomas Milech wird zum Jahre 1565 erwähnt bei Schreiber 2, 335.

²⁾ Ablach, Zufluß der Donau.

³⁾ Nach der Zimmerfchen Chronik hatten die Mengener den Spitznamen der Bauern, wie die Saulgauer den der Weber und die Riedlinger den der Gerber.

⁴⁾ Das sog. Steinhaus, jetzt Gasthof zum Hecht. S. OA. Beschreibung von Saulgau S. 160.

Et valvae et paries sunt cuncta nigerrima
fumo
Estque per exiguas nebula sparsa domos.
Saepius ad lectos per nigra cubilia passim
Garrula avis nidos figit hirundo suos.

100. Ante domos lordes fumusque ad sidera tendunt
Et retinet lucem nulla fenestra suam.
Credebam primo sic propugnacula cives
Ante suas sordes constituisse domos.
Si qui sunt laceri multa putredine muri

105. Tum cito vaccarum conficiuntur ope.
Ille domus culmen contento stramine condit,
Illius aeth aedes tegula laesa tegit.
Quidquid habent lucri, quod pertinet urbis
in ulum
Potu consumunt, sic perit oppidulum,

110. Saepius indulgent vino mensasque coronant,
Nec nisi de media surgere nocte volunt.
Si desint census queis possint vivere laete
Ut cito convenient res levis esse solet.
Mulca volans tenuis casu per consulis aedes

115. Ansum captandi dat cito consilii,
Corrasus fuerit si nummusque unus et alter
Argenti in luxum copia magna datur.
Est etiam consul per saepe vocandus ab agro,
Scilicet et prudens consul aratra regit,

120. Cetera quam taceo lectissima turba senatus
Est tribula pulchra docta tenere manu.
Arva colunt quidam, pars maxima scindit
avenam
Cetera pars spargit semina, ligna fecat.
Si quid habent gravius de quo decernere
durum est

125. Singula vicinis enumeranda putant.
Induitur consul tunica quae crevit in horto
Loraque tum circum calceamenta gerit.
Ex reliquis turpi qui non veletur amictu
Nullus adest, nemo non ocreatus adest.

130. Quando conveniunt, consul prior intrat in
aedes,
Cetera turmatim limina turba petit,
Hic furcam gerit informem, gerit ille securim,
Alter habet funes, iste capistra gerit,
Divitias nemo est qui conegret, omnis in
agro

135. Et pecorum pingui spes sita cuncta grege est.
Otia nemo colit, juvenesque senesque laborant
Pascentesque greges crassa puella regit.
Unicus est civis clarus Freybergius¹⁾ ortu,
Qui celebris nomen nobilitatis habet.

140. Dives is est, solum durum non fuetus aratrum
Ducere, quin molles victitat ille dies.

Praeterea monachus tota celeberrimus urbe
Vir doctus, prudens, et pietatis amans,
Quid dicam, monachus toto stolidissimus
orbe,

145. Inscius, imprudens et pietatis iners.
Is docet in templis sanctissima dogmata
Christi,
At lacerat miseris dogmata tanta modis,
Nunc loquitur vetulis risu dignissima verba,
Nunc de solvendis censibus ampla refert,

150. Et modo se jactat, magnum modo jactitat
ortum:
Sum magni comitis filius, inquit, ego.
Omnibus interea quantae sit stultitiae vir
Exponit vulgi fabula vana rudis.
Sed monachus nostra non commendabilis
arte est,

155. Ipse suis testis laudibus esse potest.
Quin potius lepidio decantans carmine
Mengam
Dicam tam celebri carmina digna loco.
In medio Mengae fons est celeberrimus undis
Dat rixas vetulis, gaudia virginibus.

160. Vidi rixantes vetulas vidique puellas
Certantes lepidos vidi habuisse jocos.
Lis erat, impleret quae sua vasa prius;
Dixit anus prior ipsa sum, prior atque
recedam

165. Perdere ne fugias, garrula dixit anus,
Altera te fugiam falso depulta veneno.
Annon fons nobis omnibus iste fluit?
Dicit et in crines vetulae prolapsa ruebat:
Nunc huc nunc illuc deprimit atque trahit.

170. Deventum ad pugnas, mutuos dare dentibus
ictus
Cooperunt; risit plurima turba jocum.
Protinus ut certant vas arripit altera et undas
In faciem alterius fundit et ipsa fugit;
Confluit interea vetularum coetus et ingens

175. Spectandi causa rustica turba venit.
E stabulis venit illa, suas ad flumina vaccas
Actura et multo commaculata luto;
Altera sordidior vestes portabat ad amnem
Sordibus ex quarum nigrificantur aquae.

180. Talia femineus didicit certamina sexus
Et tales nymphas rustica Menga parit.
Si recitem mores hominum vel crassa loquentum
Verba vel infuetos cum ruditate sonos,
Innumeras inter gentes et plurima regna

185. O sapit o dices Suevia sola nihil.
Aurigae crassis urbem clamoribus implent
Duriter e corio tenta flagella sonant
Mugitusque boum plateas circum sonat
omnes,
Semper equus lassas hinnitat inter equas.

¹⁾ Grabsteine derer von Freyberg an der Pfarrkirche. OA Beschreibung S. 160.

190. Sol ubi se fulgens claro pro ducit ab ortu
Portarum custos clamat adesse diem.
Illico pastores vaccarum cornibus inflant
Emissos ducunt in nova prata greges
Tum vitulus, tum balat ovis, tum stridulat
anser
195. Plurimaque in rostro fibila frangit anas.
Stercoribus plateae tunc obducuntur ubique
Ut per eas nemo non maculatus eat.
Nemo potest somnum tranquilla ducere
nocte;
Perpetuo in stabulis impia balat ovis,
200. Sive greges errent per prata virentia, sive
In tepidis pastor vult stabulare locis.
Nulla quies inquam; nam si non fusve
canisve
Latrabit, vetulae non siluisse queunt.
Saepius exivi, campos visurus amoenos
205. Pellere de tristi taedia corde volens
Vicinas cernens adverso e littore plagas
Nulla fuit nondum stramine tecta domus.
Danubius curvo per prata virentia flumen
Diffluit in pingues fertilitate locos.
210. Cernimus ingentem perspicue ponderis
arcem¹⁾,
Suevorum dominos quam coluisse ferunt.
Inferius paulo celebrata Blochingia²⁾ visa
est,
Quae fuit exilio commoda terra meo.
- Nam me cum caperent torpentia taedia
Mengae
215. Forfitan hic longa sic faciente die,
Illico solamen praeclar a Blochingia gratum
Praestabat vino guttura sicca lavans.
Eminet alta domus Ablachi ad littora vergens
Quae sola urbano est aedificata modo.
220. Nempe est sacra, deo devotis puellis,
Munera quae reddunt officiosa deo.
Hanc habitant castae, castis locus iste
dicatus,
Quae placent pura virginitate Deum,
Scilicet ut vestis pulchro candore nitescit
225. Sic prius internus pectora candor habet
Exercent operas et fila volantia ducunt
Occupat et semper sedula tela manus.
Exul eram veniens, tamen his non spernitur
exul,
Nam post non exul, gratus amicus eram.
230. Haec tibi non notis Wernerus mittit ab oris
Eloquii Thoma fons et origo mei.
Tu modo quae veniunt extremis scripta sub
astris
Perlege et exilii plurima damna leges.
Forte brevi rursus patriam veniemus in
unam,
235. Debetur voto pristina terra meo.
Ergo vale! longa multo dignissime vita
Et quem semper amas, exulis esto memor.

¹⁾ Die Burg. OA.Beschreibung S. 172.²⁾ Blochingen, Pfarrdorf bei Mengen.

Aus den Ratsprotokollen der Stadt Riedlingen.

Mitgeteilt von Konrad Setz.

1616. Daß die Heudorfer (³/₄ Stund von hier) die Stadt- oder Bergwiesen nächtllicherweil mit ihren Rossen fertzten, sollen die Hirtenmeister, als Oswald Graf, Jakob Rotter und Stoffel Feyrer, die Bannwarten beschiken und sie desßwegen Nachfrag halten, damit man die Verbrecher abstrafen möge, sollen auch die Bannwarten nächtllicherweil Wache halten.

Den 24. Januar 1617. Demnach der Herr Pfarrherr dem ehrbaren alten Brauch nach heut dato einem ehrbaren Rat die schuldigen Faßnachtküchlein geben solt, als Ehrgedachter einem ehrfamen Rath, doch außer keiner Schuldigkeit, jedem 15 Krz verordnet.

Sonntag den 24. Sept. 1617. Ist allen Schreibern hier unterfragt worden, daß sie in künftigt wohl und besser als bisher befehen und versichern und sonderlich Jerg Michel, so neben dem Bakhaus ist, und soll er mit Hans Sick wo möglich ein Schleich oder Tausch treffen, wo nit, soll er in seinem Haus die Hobelspäne mit einem Gewölß versehen.